44

44

STATVTA
ECCLESIAE COLLEGIATAE SANDOMIRIENSIS

In nomine Domini Amen.
Ad perpetuam rei memoriam.

Joannes Albertus Dei gra Polonia & Suecia Princeps S.R.E. Cardinalis & Episcopus Cracou: Administrator.

Significamus presentibus literis nostris quorum interest uniuersis et singulis. Quod cum Vnites Fratres nostri Prelati et Canonici Eccle Collegiate Sandomiriensis nobis exposuissent, quod statuta uel nulla, uel admodum pauca, eaq dispersa, et minie uso ordine magis per traditionem consuetudine retenta, quam legitime scripto concepta haberent cuperentq uehementer ut sicut reliqua Eccla tam cathedrales quam Collegiata legibus et statutis suis gaudent, ita Prelati quoq illius Eccle ut pote post Ecclam Cathedralem Cracouj tanquam Matricis prime suis legibus uiuerent. Ideoq diligentissime apud nos iniitarent, ut eorum Statuta ex aliis Ecclarum tam cathedral: quam Collegiatarum statutis selecta, et in Congregatione Capli Generalis proposita, suscepta, et

approbata authoritate nostra ordinaria approbare et confirmare uellimus, ratas ac firmas declaramus. Nos uero, cui semper cura est, ut omnes quas Dominus Omnipotens curae nostra pastorali subesse uoluit, praecipue uero Clerus Dioecesis nostra quam ordinatissime in Vineam Domini officium suum faciant, animaduertentes hanc supplicantium petitionem ad gloriam nominis Domini Ecclesiae illius decorem spectare liberti animo postulationi praedictae annuimus, atque leges et statuta praedicta nobis exhibita, et praelecta in omnibus punctis, clausulis, et articulis approbauimus, confirmauimus, et ratificauimus, iamque ex nunc approbamus, confirmamus et ratificamus, decernentes, et omnino fieri uolentes, ut omnes Praelati Canonici, totusque Clerus Eccle praefatae Sandomirien. eas statuta in omnibus, et per omnia teneant, et sanctissime obseruent, sub penis eis statutis expressis. Ubi uero pena expressa, et apposita non sunt, sub pena Excommunicationis actus periuri. Quae omnia ut uim roburque firmius habeant, eis statutis sigillum nostrum appendi iussimus. Actum et Datum.

Ana Zoldrski Gnesn
Joan Praepos Cantor Cracu
Sud Lex his Canon

Porro Statutorum sic per nos concessorum et approbatorum tenor et series haec est quae sequitur.

PROOEMIUM.

Nos Praelati et Canonici Eccle Collegiatae Sandomiriensis Samuel Przecławski Cantor. Andreas Łukowski Joannes Skrzynski Sebastianus Mucerinus Nicolaus Łaudowicz Joannes Bronisewski Nicolaus

Herler I. V. D. Ioannes Wacławowicz I. V. D. Stephanus Piasecki pro generali capitulo ad festum gloriosissimæ Virginis Mariæ congregati. Constitutiones infrascriptas unanimi consensu, et deliberata voluntate conscriptas, et collaudatas, decreto eiusdem generalis capituli approbauimus, et Illmo ac Rmo Loci ordinario ad approbandum, et consentiendum offerri. Anno Dni 1629 die 10 Septembris per confratres nostros eiusdem Ecclesiæ decreuimus.

DE RESIDENTIA

CAPVT. J

Quamuis libenter cuperemus ut omnes Prælati et Canonici Eccla Collegiata Sandomiriensis in reddendis officiis suis assidui essent præsertim quod nonnulli illorum beneficia possideant nobilissima. Tamen quia sæpius accidit eiusmodi Prælaturas et beneficia conferri personis seruitijs Regum, Principum, et Episcoporum addictis. Deo obligare quisq; ad continuam, et assiduam residentiam contra uires neminem uolumus. Hortamur tamen fraternè ut quilibet eorum hac in re diligenter attendat, ne forte Decretis Concilij Triden. contrauenat. Proinde unusquisq; conscientiam suam consulat, ne aliquid contra uocationem et officium suum in tenendo iudicio diuino deliquisse deprehendatur.

DE RECEPTIONE PRAELATORUM ET CANONICORUM

CAPUT. 2.

Praelati et Canonici dum ad suas Praebendas seu Beneficia inducuntur susceptiones illorum ad Acta Capitularia per Notarium Capli inveniantur, nimirum die, anno et ex cuius praesentatione illa possideant diligenter notantes exprimantur.

DE JURAMENTO RECIPIENDORUM IN CAPLUM.

CAPUT. 3.

Praelati et Canonici citius Eccliae si aliquis illorum possim sui Beneficij seu institm ac receptm per Procuratorem adeptus fuerit, et nomine illorum Procuratores iuramentum super Statuta et Constitutiones, ac laudabiles Consuetudines observandas fecerint. Nihilominus quando in personis propriis primo locum Capitularem ingredientur de rebus Eccliae consulturi, non obstante iuramento sui Procuratoris, tenebuntur ipsimet iuramentum corporale iuxta formulam huius Eccliae praestare, professionemq fidei iuxta praescriptum S. Concilij Tridentini praemittere, alias ad Capitulares Consultationes non admittantur.

DE CAPALIBUS

CAPUT. 4

Nemo Praelatorum et Canonicorum ad Eccliam recipiatur priusquam ratione installatio:

nis in parata et numerata pecunia ad manus Procuratoris Capli solua at Capelia, Prelati vbi omnes nomine excepto, tum etiam Canonici Prebendarum Turbai Dwicosie, Kunice, Zaiachowice, singuli decem Marcas polonicas. Alius vero quilibet Canonicus quinque Marcas. Insuper. Notario Capli quilibet Prelatus et Canonicus Prebendarum prefatarum unam Marcam. Alij vero Canonici mediam Marcam dare, ac realiter numerare tenebuntur. Quod si aliqui Canonici seu Prelatus et Canonicus uel ipsemet Procurator Capli non receptis eiusmodi pecuniis, aliquem Prelatum uel Canonicum ad Ecclam receperit, ex tunc ipse taliter recipiens similem pecuniae summam irremissibiliter ac in instanti de suo soluere, et in effectu dare erit obligatus. Pecunia autem eiusmodi collecta, in nullum alium usum exponetur nisi pro ornamentis Altarium sacrorum, prout Vnbli Capitulo expedire videbitur.

de capalibus lege Decretum Reformationis Illmi Malachowski Epi Cracou.

DE CELEBRANDO CAPITVLO GENERALI.

CAPVT. 50

Statuimus ut Capitulum Generale secundum consuetudinem huius Ecclae laudatam et obseruatam semel in quolibet Festo Natiuitatis Mariae Virginis celebretur, in illoq Prelati et Canonici huius Ecclae praesentes ad sonum Campanae congregati peracto prius Sacro de S. Spiritu, de necessitatibus huius Ecclae consulant et quidquid in gloriam Dei, et augmentum cultus diuini, ac utilitatem, et ornamentum huius Ecclae ad extirpanda uitia, praua sq consuetudines abrogandas, et quidquid ad bonum ordinem pertinere videbitur conducibile, accedente unanimi consensu omnium partium, uel saltem ex plurali tate notorum, in contumaciam omnium absentium concludant, et executioni demandari curabunt.

DE POENA NON VENIENTIUM AD SINALE CAPITUM.

CAPUT. 6

Inhærendo Legibus et consuetudinibus aliarum Ecclesiarum DD. Prælati et Canonici istius Eccle ad Capitulum Generale pro Festo Nativitatis Mariæ singulis annis conveniant. Quod si legitime impediti fuerint per litteras sive internuntios causam suæ absentiæ significent. Contumaces autem, et nulla legitimâ causâ impediti pœna scil. Marcarum ex refectionibus vel consolatione in Generali Capitulo sequenti detrahendarum puniantur, ac per Procuratorem Capli dicta pœna in fundo seu quibusvis reditibus suis repetenda et exigenda curabitur et fisco Eccle, ac eius necessitatibus applicabitur.

DE SECRETIS CAPITULI NON REVELANDIS.

CAPUT. 7.

Quoniam secretorum prolatio nihil tutum esse sinit. Statuimus, ut nullus Prælatorum et Canonicorum secretas Capli tractationes et conclusiones cuiquam extra Capitulum existenti quovis modo, et quovis tempore in odium et damnum Confratrum revelare audeat sub pœna Excommunicationis ipso facto incurrendæ. Tunc autem secretum censeri debebit, quando Præsidens significaverit esse secretum servandum.

DE OFFICIO PROCURATORIS.

CAPUT. 8.

Procurator Capli in Generali Capitulo singulis Annis eligatur. Quod si Capitulo placuerit

priorem Procuratorem iterum eligere, minus non debet (nisi cause graues eum excusauerint) retractare. Ita tamen ut ultra triennium ad retinendum officium non cogatur nisi sponte, et uoluntarie consenserit. Officij autem ipsius erit prouentus et reditus omnes Eccle et Capli ad manus suas recipere, illas administrare, nisi in Aiendam locata fuerint, subditos in officio retinere, reuitentes punire, lites et Actiones Capli curare, pecuniam inter prasentes Prelatos et Canonicos distribuere, fabricam Eccle seu alias eius necessitates prouidere, restaurare, atq; edificare, et tanquam fidelem Aeconomum ad omnia intentum esse, ne aliqua ex parte detrimentum Capli seu Eccle patiatur. Nihil tamen audebit de nouo edificare et erigere, nisi quod in Capli gnali proximo illius anni tractatum et conclusum fuerit. Rationem autem de omnibus in Capli Gnali faciet. Salarij autem Nomine Marcas uiginti singulis annis accipiet.

DE RATIONE PROCURATORIS.

CAPUT 9

Dominus Procurator pro tempore existens, et alij omnes pecuniam Capitularem tractantes de omnibus Eccle et Capli prouentibus, pecuniisq; undecunq; acceptis, et expensis quolibet anno in Capli gnali coram DD. Prelatis et Canonicis tunc congregatis rationes faciant sufficientes, quas rationes Dnis tunc congregatis pientibus intermittere seu prorogare omnino non licebit, imo primo et ante omnia illis quae ad cultum diuinum pertinere videbantur absolutis, antequam ad alia negotia Eccle tractanda accesserint rationes dictas expedire tenebuntur. Et dominus Procurator, alijq; dispensatores non prius se rationem sufficientem fecisse scient, donec quietationem Capli cum assensu omnium pientium in Capli congregatorum ad Acta capitularia inscriptam obtinuerit.

DE THESAVRO SEV DEPOSITORIO

CAPITVL. I.

CAPVT. 10

Quoniam sæpius euenit, quod casus varij, inopinati repente irruant, et damnis maximis afficiant, quibus resarciendis sine aliquo consilio et auxilio extraordinario nisi consilia suppeditari possint. Proinde laudabile ex mutuo consensu Prælatorum et Canonicorum huius Eccle statutum et sancitum est, et ab aliquot annis observatum, ut ex omnibus prouentibus Ordis Capli singulis Annis Florenorum centum circa festum Capli fiendam separentur ac in cista seorsim in depositum seruentur. Quod utilissimum institutum præsenti statuto ratificantes in perpetuum observari decernimus. Cum ea declaratione, ut ad istam Capli cistam quæ deposita prominatur, una cum aliis pecuniis Ordis Capituli seruatur, duæ claues sint quarum una sit penes Procuratorem pro tempore existentem, altera penes seniorem Prælatum seu Canonicum ex residentibus. Quod si aliquem illorum discedere seu longius proficisci contigerit, eam sequenti Prælato seu Canonico iniuniore ex residentibus ordinem habenti relinquere tenebitur. Quod si nullus ex residentibus pro illo tempore reperiatur, deponere in sacrario sub sigillo suo cum scitu Vicecustodis erit adstrictus. Onus autem sine alterius scitu prænominatam cistam aperire non præsumat. Consignatio autem summæ depositæ per Prælatos et Canonicos in generali Capto quolibet anno renouata semper intra circa pecuniam sit. Neq; ea illa etiam minimum recipiatur, nisi cum scitu, et consensu omnium Prælatorum et Canonicorum in generali Capto congregatorum, et hoc in necessitate grauissima Ecclæ et non aliter sub pœna Excommunicationis.

DE BONIS ECCLÆ LOCANDIS SEV IN ARENDAM MITTENDIS

CAPVT II.

Tabno et Opoczka et Janowicse Bona huius Ecclæ quando in trendum Triennalem locare placebit, eiusmodi tractatus nequaquam ad priuatum Capitulum sed ad generale pertinere sancitur. Multum enim interest, ut omnes ad Ecclæ huius consultationes pertinentes sicut de alijs grauioribus negotijs Ecclæ, ita et de administratione bonorum eius sciant, ac de qua

mo regimine illorum in medium consulant. Quod etiam intelligitur si Procu:
ratori Capli seu alicui alteri ad fideles Manus in annum committere eadem
bona aliquando placuerit.

DE DISTRIBVTIONIBVS QVOTIDI:
ANIS.

CAPVT IZ.

Qualis distributio septimanalium refectionum inter praesentes fieri debet in
singulis qualibus Capliis quilibet Anno intra proportionem prouentuum qui
aliquando crescunt, aliquando diminuuntur ratio inuenda, et computanda
erit, inter praesentes, et residentes per procuratorem aequalitorie distribuatur
Quod si accident ut aliquando eiusmodi pecunia deficiat, tunc nihilominus
Dominus Procurator praesentes illius Septimanae notet, et ex pecunia ad:
ueniente, retenta illis fideliter reddat. Quod si contigerit, quod unus et no:
bus circa Ecclam siue Prelatus siue Canonicus resideat, pro tunc ex distri:
butionibus in septimanam assignatis dimidium percipiet. Quod si duo ad mi:
nus residentes sint, tota septimanali distributione fruedeant.

CONTRA NEGLIGENTES SVI
OFFICIJ

CAPVT IZ.

Quoniam Beneficium datur propter officium, ut qui Altari seruit de
Altari uiuat. Contingit uero aliquando, quod non nulli ex redditibus obli:
ti officij sui idem sunt negligentes et segidi, ut Ecclam diebus festiuis

adire, cultuiq; diuino uacare prorsus ad se non pertinere arbitrantur, et si in diebus festorum tantum uenerint, satis fecisse sibi persuadent. Quapropter statuimus ut Procurator Capi. suis per se, suis per submissas personas tales negligentias diligenter notet, et quicunq; ea residentibus die qualibet durante octo ante meridiem Ecclam adire neglexerit, distributione quotidiana diei illius careat. Nisi legitimâ impeditus fuerit causâ, et apud Procuratorem excusationem fecerit.

De Conclusionibus seu Decretis in Capitulo Generali.

CAPVT 14

Quia aliquando accidit quod quidam DD. Capitulares non attento eo quod bono consilio, et optimâ deliberatione in Capto gnali à multis decernitur, postea extra Capluṁ semere retractare, et rescindere, nouaq; consilia et Ecclia seu Capto notiua capere soleant, contempta auchoritate gnalis Capituli, et omnium Congregatione uilipensa. Ideo sit omnino ordinatum, ut quidquid in generali Capto decretum fuerit, firmum, stabile, et perpetuum maneat, ita ut nullo pacto in Capitulo particulari rescindi possit, Nisi forte in alio gnali Capto ex magna et euidenti causa omnibus uisum id fuerit, nemine contradicente, et nullo à Capto secluso sub nullitate retractationis. Violatores autem Statuti pœnis suspensionis ab ingressu in Capluṁ, et à refectionibus per annum subiecti erunt.

De Anniuersario Communi.

CAPVT 15

Quia inhumanum et contra charitatem fraternam esse uidetur Prælatorum et Concorũ prædecessorum qui Vestes sacra, Calicibus, suppellectilibusq; uariis hanc Ecclam ornarunt vel etiam Eccla et Capto inseruiendo operam præstiterunt, memoria nulla habeatur. Ideo statuimus, et ordinamus, ut quibuslibet quatuor temporibus anni cuiuslibet pro omnibus defunctis duo Anniuersaria, alterum pro Regibus, et Principibus, Fundatoribusq. Alterum pro Confratribus Prælatis et Concis huius Eccla per DD. Prælatos et Canos residentes, temporibus perpetuis peragantur Vigilia videlicet Nouem Lectionum Feria quinta post Com:

pletorium. Missa vero Defunctorum in crastino Feriâ sexta statim post Missam Vicariorum per DD. Prælatos et Canonicos residentes ac vicarios decantetur. Missa quidem per aliquem ex Canonicis præsentibus, Vigilia verò et Cantus per Vicarios Maiore Campana per Sacristanos tam ad Vigilias, quam ad Missam pulsatâ. Tandem vero Feriâ sexta post Completorium Vigilia cantentur Nouem Lectionum, Sabbatho vero in crastino altera Missa itidem per Canonicum absoluatur Vicarijs eam cantantibus. Pro quolibet vero Anniuersario inter DD. tunc præsentes diuidantur et distribuantur floreni duo de prouentibus Capli. Inter Vicarios uero florenus unus pro quolibet sacro distribuatur.

De Conferendis Beneficijs ad Capitulum pertinen.

CAPVT 16

Quotiescunq; Beneficium aliquod seu officium ad præsentam Capli spectans uacare contigerit DD. præsentes non uocatis absentibus illud conferre non possunt, et hoc sub pena nullitatis. Itaq; à prima notitia Vacationis tenentur per litteras patentes Sigillo Capli signatas ad valuas Eccle per Modum Cridæ omnibus absentibus intimare, et infra dies 30 terminum assignare. Quodsi nemo intra illud spatium ex absentibus Confratribus uenerit, ex tunc præsentes Prælati et Canci illud prout illis utilius uidebitur conferent.

Pro Defunctis Confratribus à prima notitia Sacrum offerendum.

CAPVT 17

Quotiescunq; aliquem ex Prælatis et Cancis Eccle Sandominicensis ubicunq; locorum mori contigerit, ex tunc omnes Prælati et Canonici Superstites, ubicunq; locorum degentes post primam notitiam Mortis Confris

sui Missam pro anima defuncti per se vel per alium celebrare tenebuntur. Procurator autem illius temporis quàmprimum de morte defuncti Confratris certior factus fuerit, omnes Campanas Ecclæ huius pulsare iubeat, et Vigilias Nouem Lectionem Vespere, Mane verò in crastinum Missam pro defuncto cantare faciat, quod Vicarij utrumq cantare tenebuntur accepto solito salario nempe unius floreni.

Quadragesimali Tempore Processionibus & Concionibus Residentes interesint

CAPVT. 18

Prælati et Sancti residentes Processionibus et Concionibus tempore quadragesimali fieri consuetis personaliter interesint sub privatione refectionum illius diei, nisi Morbo sive aliqua legitimâ causâ impediti fuerint. In quo casu absentiam suam apud Procuratorem exponant, quod diligenter attendere debet Dnus Procurator pro tempore existens.

De Domibus Canonicorum.

CAPVT. 19

Quoniam magna pars ædium Dominorum Prælatorum et Canonorum præsentium non residentium solo æquata sit, et inhabitari nequeat. Illa autem quæ supersunt partim nonnulla ita negliguntur, ut propeminentur ruinam, alia etiam propter in curiam et Eccla et vicinis ædibus summum afferant periculum, nam illuc sæpius hospitantur homines sæculares cum familia insolenti, et ebrietati dedita, qui imprudenter ignem tractant, et aliquando rixas excitant. Itaq statuimus ut Prælati et Canonici qui areas tantum desertas tenent, nihilq de ædificijs cogitant, ut non prius ad Eccliam et Capli gremium admittantur, donec condicionem infra certum tempus reædificandæ domus in area sua fundationis suscipiant, et obligationem ad Acta eo nomine faciant. Quod si infra tempus præscriptum iuxta obligationem factam constructionem ædificiorum

negligere aliquis Quorum DD. Prælatorum uel Canonicorum deprehen:
datur. Ex tunc liberum erit alicui ex Confratribus aream desertam à Vnoli
Capto impetrare, atq; in usum proprium ædificia construere. Antiquo enim iure
per Concessionem Sæ. Ræ. Mtis, et approbationem loci Ordinarij, Vnoli Capli
Sandomiriense dispositionem domorum obtinuerat, ac liberæ dispositionis,
et inter Confres distributionis per multos annos prout in actis Capli mani:
feste apparet in reali et actuali possessione fuit. Vnde eodem iure reas:
sumpto liberum erit contra negligentes areas prænominatas desertas no:
lentibus ædificare Confratribus conferre, et in possessionem realem mittere.
Qui autem ruinosas domos possident, ut similiter infra certum tempus rui:
nas restaurare ac reparare sint adstricti, et sarta tecta semper manu teneant.
Qui uerò ædium administrationem uulgo omnibus, et hominibus sæcularibus
sine delectu committere solent, ex quo in summum periculum templum ipsum
et ædes omnium non ita pridem deuenerant, ita ut aliquot Canonicorum et
Vicariorum ædes flamma consumpsisset. Ideo Vnoli Capli securita:
ti Ecclæ, aliisq; commodis prospicere cupiendo decernit, ac firmum per:
petuumq; in posterum haberi, et teneri uult, ut ædes priuatæ DD. Præ:
latorum et Canonicorum nulli nisi alicui ex Confratribus residentibus qui
pro tempore fuerint, sui alicui sacerdoti, apud eandem Ecclam beneficium
habenti, et residenti, qui domui prouidere possit, committantur. In quo
si negligens aliquis fuerit, uel contra statutum præsens secus fecerit, Procu:
rator pro tempore existens, ne eius uiceprocurator non attenta contraria or:
dinatione cuius est domus, curam ædium illam suscipiet, et in sua dispo:
sitione ac administratione habebit. Et qui contra præsentem legem fecerit
arbitrio Capli puniendus relinquitur.

De Iuribus & Priuilegiis
CAPITVLO

Quandoquidem non nulla iura et priuilegia per quosdam Con:
fratres sub prætextu defensionis bonorum ex Archiuo recepta inte:
rierunt. Ideo in posterum nulla priuilegia pro qualicunq; necessitate

A iii

et exquacunq causa cuiquam dentur, nisi prius de restitutione eorundem certo tempore facienda per recipientem sufficienter caueatur sub pena decem Marcarum tam per extradentem quam per recipientem succumbenda. Et nihilominus tam extradens quam recipiens intra vnum mensem recepta ad Eccl̃am referre, et ad conclauc Capli sub fide digno testimonio sine quauis vi petranda ulterioris dilationis spe cum effectu reddere teneantur sub simili pena decem Marcarum per Capl̃um exigendarum, et pro Fabrica Eccle conuertendarum, quasoluta, uel non soluta ad similem penam persoluendam totiens quotiens elapso unius Mensis spatio huic statuto non satisfecerint, contradictione, appellatione, siue quouis diffugio non obstante.

De Infirmis Residentibus.

CAPVT. ZJ.

Prelatus siue Canonicus Actu Presbyter si in bona ualetudine residens et officium suum faciens in morbum inciderit, ita quod Eccl̃am frequentare non ualeat, habeatur pro eo qui incolumis existens Eccl̃am uisitat, et officia Ecclesiastica implet, et parem ac similem portionem in refectionibus, et uiribus Eccle cum aliis bene ualentibus Fratribus habeat absq cuiusuis contradictione.

De STALLIS

CAPVT. ZZ

Quoniam indecens ac indecorum ut uulgus in Stallis Prelatis et Canonicis se immiscat. Imo turpe ut Laicus Locum superiorem Prelatus uero et Canonicus in Eccla locum inferiorem teneant. Ideo statutum et ordinatum est, ut in principali parte Chori in proximo Maioris Altaris omnes Prelati et Canonici in Eccla p̃sentes stalla occupent, et ex opposito unus alteri sedeant pars in dextra, pars in sinistra iuxta antiquum usum et suum semium et consuetudinem in aliis Ecclis communem, Vulgus uero postrema parte Chori uel inferiori loco contentus sit.

nullo modo

De Sepulchris

Caput 23.

Plerumq; contingit ut nonnulli corpora defunctorum amicorum suorum in Choro sepeliri curent, et postea nisi repulsam acceperint, nullo habito Eccla respectu monumentorum suorum aliquando usq; ad fastum, et ostentationem uanam exigere solent. Ne itaq; successu temporis Chorus Eccla in angustum redigatur, et spatium coarctatum fiat, uel aliquid indecorum Eccla subsequatur sit Decretum ut omnino sepulchra in Choro non admittantur, praeter sepulchra Praelatorum et Canonicorum huius Eccla. Et quoniam experiuntur DD. Capitulares augeri in templo sepulchra murata secularium, quibus spatium coarctatur, unde metui potest ne successu temporis Chorus à sepultura excludatur. Placuit ut in posterum in templo noua condere sepulchra non permittatur, ita ut ea lateribus aut petris concamerata sint. Sed ueteribus ad humanda corpora cum situ, et consensu Capli sint contenti. Monumenta tamen circa parietes Eccla ex Marmore sui lapidibus sectis mole aliqua grandi nequaquam fieri permittentur, hoc enim et deformare, et labefactare parietes templi consueuit.

De Officiis Sanctuariorum.

Caput 24.

Sanctuarij nullo modo per Vices officia sua in Eccla à modo in posterum obire et expedire praesumant, sed habeant aliquos idoneos de medio inter eosdem possessionatos qui certa mercede ab aliis conducti per totum Annum in Eccla semper seruiant, primo ut assuescant et sciant officia sibi debita, quod non nisi longa exercitatione acquiritur. Secundo ut supellex Eccla securè illis concredi possit, sicenim Vagi aut Officij in Eccla ignari prout saepius fit, admittantur, et Supellex Ecclasiatica periclitabitur, et illi suo officio competenter

satisfacere nequa quam poterunt. Deinde cum decentia circa obeunda seruitia in Ecclia requiratur Ordinamus ut talaribus Vestibus utantur, et supra uestem superpelliciis induantur, et sic circa Altaria seruiant, ac in Eccla superpelliciati incedant. Indecorum enim videtur rusticum et in compta ueste indutum res Eccla et ministeria etiam minima tractare. Prouidebunt autem eiusmodi tunicas, et superpellicia illi qui eos ad seruitia Eccla conduxerint sub pena per Rmi D. Custodem, uel Vice Custodem super eos sancita, et hoc ad executionem perducere Rni D. Procurator potestatem habebit.

De Electione Vicecustodum.

CAPVT 25

Quandoquidem Ius patronatus, et Presentatio Vicecustodis aeque omnibus Prelatis et Canonicis Capli huius Eccla incumbit ac debetur. Idcirco Vicecustodis in futurum Electio ac nominatio tempore perpetuo in generali Capto. DD. Prelatorum et Canonicorum fiat. Interim uero ex quo Vicecustodia uacare ceperit D. Procurator prouidebit et ordinabit aliquem Eccla Sacerdotem qui onus seu curam Vicecustodis suscipiat, ut usq ad proximam Capli celebrationem exequatur. Prouentus autem ac reditus Vicecustodis tempori quo seruierit correspondenti pro se tollet ac percipiet, prouidebitq inde Vinum, Ceram, aqua, nos panes, et alia quæ in usum Eccla Vicecustos prouidere debet. Alioquin si in Electione aliter quam hic ordinatum est processum fuerit, talis electio nulla et irrita reputabitur.

Contra Electionem et praxim Statutum in absentem legeatur.

De Pecunia Capitularis Administratione.

CAPVT 26

Experti sunt aliquoties DD. Capitulares quam periculosum sit dare mutuo pecuniam Eccla per D. Procuratorem aut Viceprocuratorem, sic enim distrahi, uel alienari res Ecclesiastica aut in aliquam difficultatem Nobile Capitulum adduci possunt. Ne itaq quid eiusmodi eueniat placuit ut omnino nemini pecunia Capitularis mutuo detur, idq sub pena viginti Marcarum per Procuratorem uel alium præsentis statuto contrauenientem soluendæ, qua soluta pecuniam mutuo datam de suo restituat.

De Decretorum Generalis Capituli & Conclusionum Libro.

CAPUT 27

Liber specialis in capto habeatur in quo conclusiones et Decreta capituli tum et receptiones Prælatorum et Canonorum per Notarium capli notentur et diligenter scribantur. Insuper Ordinamus ut summa pecuniaria rationum seu calculorum tam de perceptis quam de expensis ac prioris quoq depositi in Libro in hunc usum comparato et ligato, ordine, tempore capituli generalis describantur, utq illis per Præsidentem et duorum ex capitulo manu propria subscribat.

De Anniuersario Rndmi Cromeri.

CAPUT 28

Vt extaret perpetua memoria in ista Eccla beneficiorum per Rndm shri Martinum Cromerum Episcopum Warmiensem eiusd Eccle Collatorum, Decretum est ut perpetuis futuris temporibus duo Anniuersaria singulis annis pro anima ipsius celebrentur. Primum tempore Generalis capli alterum post determinationem Finalis capli die nisi impediti fuerit aliquo sacro solenni, aut die dominico, tunc transferetur in sequentem diem. In quo Anniuersario Vigilia per Vicarios decantabuntur et Missa per Vnum ex capitularibus celebrabitur cæteris omnibus præsentibus. Ratione cuius Anniuersarij dabitur ex censu reemptionali ex pecuniis ab eod Rndmo coempto Vicariis Floreni duo, Prælatis vero et Canonicis qui tam vigiliis quam Missæ sacrificio præsentes fuerint Floreni sex. Alterum Anniuersarium simili ratione peragetur tempore depositionis sua id est 25 Aprilis. In quo similis distributio inter præsentes fieri debet.

De Cereo Ante Sacras reliquias.

CAPUT. 29.

Vetus et laudabilis in hac Eccla seruabatur consuetudo, quod unus Sanctuariorum indutus Superpilicio in Festis solemnioribus, et alis temporibus, quibus reliquiæ aut lignum vitæ de Sacrario ad Altare efferuntur et in publicum exponuntur ante Sacerdotem ferentem cum accensa candela præibat. Hæc consuetudo reassumi debet ita ut Sanctuarij vel is quem ordo tetigerit ante Lignum vitæ, atq reliquias Sanctorum semper superpilicatus cum candela accensa præcedat.

De Intonantijs

CAPUT 30

Ne Eccla Sendomiriensis in Intonantijs Festorum duplicium per Sacerdotes tunc faciendis ab Eccla Cathedrali Crac. discrepare ac discordare videatur. Ideo Sacerdotes in Intonantijs Festorum duplicium Eccla Crac. se conforment.

De Vicariis Fouendis

CAPUT 31

Quilibet Prælatus et Canonicus cum sit obstrictus, et obligatus suæ per se suæ per Vicarium diuina officia, et cantus in Eccla peragere Quibus neglectis prouentus sui beneficij iuxta præscriptum Sm Canonum percipere non debet. Quod si acceperit omnino in conscientia pro ratione temporis restituere tenetur. Et quoniam reperiuntur nonnulli qui neq penes Ecclam ipsi resident, neq Vicarios fouere curant, alij vero si eorum Vicariatum uacare contingat, de alio promouendo omnem curam, et solicitudinem ita deponunt, ac si negotium ad eos nullo modo pertineat. Cui propter statuimus et ordinamus ut omnes Prælati et Canci Vicarios habeant, et de salario competenti illis prouideant, præsertim si prouentus fundationis Vicariatus vel attenuati, aut malitia hominum retenti

fuerint, pro quibus propriis impensis, unusquisq; Prælatus et Canonicus iure agere obligatus erit. Et hoc sub pena Viginti Marcarum quoticiscunq; in negligentia notatus fuerit. Quam penam Procurator Capli de suis proventibus undecunq; provenientibus exiget. Quantum autem attinet ad Negligentiam in collationibus Vacante Vicariatu Si aliquis Prælatus et Canonicus per unum Mensem à tempore Vacationis non contulerit idoneo Sacerdoti suum Vicariatum, tunc ius præsentandi penes Procuratorem Capli esto. Prælatus autem et Canonicus pro illa vice iure suo cedat.

De Sigillis. Capitulj.

Caput. 32

Sigillum maius Capitulare in cista Thesauri Eccle in loco Capitulari seruari debet, neq; inde sumendum nisi in præsentia Prælatorum et Canonorum ad Capitulum pnale congregatorum. Minus autem Sigillum propter frequentem illius usum Procurator Bonis Capli pro tempore existens penes se habeat. Nullas tamen litteras sine scitu particularis Capli obsignare aut alicui extradere illi licebit.

De Pecuniis ex Prouentibus Communibus seruandis.

Caput. 33.

Prouentus Capli communes cum diuersis temporibus per annum soluantur, et Procurator Capli eos exigere et recipere ex officio tenetur postquam recepti et numerati fuerint, seruari debent non penes Procuratorem in ædibus priuatis, sed in scrinio, seu cista in loco Capitulari ad

id praeparato. Ad quod duas habet claves (sicut de thesauro superius dictum est) Vnam Procurator, aliam senior Prelatus residens habeat, et unus sine alterius scitu non aperiat. Et quidquid inde pro dispensatione acceptum, vel etiam ibi impositum fuerit, in Registro ibidem semper seruando diligenter notandum erit. Neq de pecunia in distributiones et pro Fabrica assignata plus accipiet Procurator, nisi secundam exigentiam in Septimanam, ne forte in euentu Mortis si pecus illum summa notabilis reperiatur, damno Vnble captum afficiatur.

De Anniuersario Petri Dambronka.

CAPVT 34

Quoniam Vnbls Petrus Dombronka Praepositus Sandomiriensis de hac Ecclia bene meritus, in quam multa contulit de argento, Libris, casulis, et aliis apparamentis Ecclia, nec non pecuniam summam non exiguam ex qua proventus huic Ecclia cedit Ideo iustum est ut eius in eadem Ecclia fiat perennis memoria. Proinde Anniuersarium eius per vicariam quandam intermissum et neglectam reassumatur, et restituatur atq per Canonicos presentes, et residentes semel in anno, nempe tertia Junij, non impedita decantetur. Ratione cuius Anniuersarij praesentibus tunc Prelatis et Canonicis et Vigiliis et Missa interessentibus duo floreni, et Vnus Vicarijs distibuantur.

De Anniuersario Andrea Decani.

CAPVT 35

Vnbls olim Andreas Decanus Sandomiriensis assignauerat testamento florenos centum in censum reemptionalem emendum pro Anniuersario perpetuo annis singulis peragendo. Qui floreni centum pro Fabrica Ecclia sunt expositi. Ne autem pius eius intentione frustretur, Ordinamus et statuimus vt Anniuersarium Dni Andrea Decani perpetuum futuris temporibus pro anima ipsius in hac Ecclia die Quinta Junij non impedita peragatur. Et interessentibus Prelatis et Canonicis Vigiliis et Missa sacrificio duo floreni, et unus Vicarijs distibuentur.

De Inuentario Suppellectilis Ecclesiastica.

CAPVT. 36.

Inuentarium totius Suppellectilis Ecclesiastica, ut pote Auri, Argenti, omniumq; apparatuum, librorum, et aliarum rerum ad Eccla spectantium diligenter per D. Custodem, uel eius Vicecustodem in praesentia DD. à Capto deputatorum diligenter conficiatur, manibusq duorum, uel trium ex Capto ad hoc deputatorum subscribatur, ac sigillo Capti signetur. Cuius unum exemplar sit in sacra penes depositum pecuniarium, aliud penes D. Custodem, uel eius Vicecustodem quotannis singulis reuideatur et res deperdita, uel usu attrita expungantur, alia verò empta, uel donata inscribantur. Quod si Libri aliqui in usum DD.rum ex Capto accommodati ex Bibliotheca Eccla fuerint, eius rei Apographum ille qui accipit apud Vicecustodem relinquat, et sub tempus grialis Capti aut circa reuisionem omnium restituere sit adstrictus. Quod si Vicecustos in hoc negligens inuentus fuerit, aut aliquod damnum inde sequatur, idem respondere, et damnum resarcire tenebitur.

De DALMVTIIS.

CAPVT 37

Antiqua consuetudo et laudabilis est vt Dni Prelati et Cancri more aliarum Ecclesiarum statis diebus in processionibus Dalmutiis utantur, quod quidem à non nullis negligitur. Ideo statuimus vt quicunq Dalmutiis in Processionibus more aliorum non incedat pena totius septimanae refectionum per Procuratorem Capti puniatur.

De Lampade circa Venerabile Sacramentum.

CAPVT. 38.

Lampas ante S. Sacramentum semper ardeat prout antiquitus or.

diuisum est, nec negligentia Vicecustodum, et Sacristanorum accendi omittatur.

De Schola.

CAPVT 39.

Quoniam non sine detrimento cultus diuini, et diminutione ac ornamento Eccle nostra Schola in dies magis ac magis diminuitur partim propter exiguum numerum pueorum quibus Scola parochialis, uel potius Societatis Collegium magis arridet, Vnde et decor in Choro, et Cantus ad laudem Dei deficiente iuuentute euanescit partim propterea quod idoneum Praeceptorem seu Baccalauream non habeat. Vtrumq autem ex antiqua fundatione, et ordinatione Adm Rndo D. Scholastico pro tempore existenti prouidere incumbit, praesertim quoniam inter Scholasticum Collegiata Eccle Sandom et Parochum S.ae Mariae antiqua ordinatio decretis multis roborata, et uadiis pecuniarijs interposita interuenerat, ut certus determinatus numerus puerorum in Scola parochiali habeatur, ceteri ut ad Collegiatam conueniant. Ideo Rdus D. Scholasticus pro tempore existens tenetur quotiescunq praua consuetudo irrepserit, in ea Eccle Collegiate tueri, et cum Rndo D. Parocho uire agendum, ex suo officio sibi incumbere faciat. Quod si neglexerit panis super negligentes in statutis decretis subiacebit Maxime tenetur ut personas idoneas et bene instructas in Alma Academia Crac. promotas ad regimen Scolae semper habeat, illisq victum sufficientem, et salarium prouideat.

De Superpellicio Baccalaurei.

CAPVT 40

Non tantum huius Eccle sed et aliarum Ecclarum obseruatio antiqua est vt Baccalaurei Scolae in Choro superpelliceo utantur. Quod quidem cum intermissum incuria quadam sit, innouandum et perpetuo retinendum ordinamus. De quo Rdus D. Scholasticus pro tempore existens prouidere tenetur.

Maturum Sacrum
Capit. 41.

Conueniens existimat Capitulum ut ad instar Cathedralis Ecclesiæ Mecouij matris suæ ordinem Sacerdotes munia et officia sua adimpleant. Id circo statuit ut Vicarij maturum sacrum ad Altare minus Tabernaculi Sanctæ Eucharistiæ celebrent.

De Anno Gratiae.
Capit. 42

Antiqua consuetudo huius Ecclesiæ et per multos annos observata, ut Annus Gratiæ post de mortuos Prælatos et Canonicos huius Ecclesiæ nemini alteri nisi pro Fabrica huius Ecclesiæ cedat. Hoc autem licet et usu antiquo, et decretis multis tandem per Loci ordinarios confirmatum, præsertim in Visitatione Emi olim Cardinalis Macieiouij approbatum est Tamen negligentia Procuratorum, quorum intererat contra contumaces iure agere, multories intermissum fuit. Nos itaq; volentes hanc Legem resumere, Statuimus et ordinamus, ut à modo temporibus perpetuis nemo ad Ecclesiam ex Prælatis et Canonicis admittatur, nisi prius cautione ad Acta facta, quod Annum gratiæ Prædecessori suo debitum nemini alteri nisi Procuratori Capituli daturus sit. Insuper secundum antiquam consuetudinem huius Ecclesiæ obligati erunt recipiendi ad hanc Ecclesiam, ut unusquisq; in dispositione ultimæ voluntatis suæ obligaverit adstrictus suos Exequutores sive Successores, si eum vitam pro illo tempore finire contigerit, quo Annus Gratiæ iure huius Provinciæ ad eius Successores sive Exequutores pertineat Tunc non obstante ordinatione Statuti Provincialis, Dni Exequutores sive Successores quidquid ex Anno Gratiæ de mortuo debebitur, ad suam dispositionem minime pertinere, sed totum pro Fabrica huius Ecclesiæ sandomirij cedere debet.

De Officio Septimanali.

CAPVT. 43

Quoniam unicuiq; ex officio incumbit, ut ea quo Altari participat, eidem inseruiat. Ideo statuimus, et ordinamus, ut septimanales Missas per Prelatos et Canonicos non passim et promiscuè sed incipientes à Prelatis iuxta Locum suum, deinde Canonici secundum senium in ista Ecclesia receptum aut per se aut per alium Canonicum absoluant, neq; unus ordinem alterius interrumpere præsumat sub pena suspensionis ab ingressu in Ecclesiam per Annum. Exceptis festis solennioribus in quibus Prelatus præcedere debet.

DE MISSA ANTE GENERALE CAPITVLVM

CAPVT. 44

Die prima Capituli generalis ante omnia Missa de Sancto Spiritu audiatur.

DE LICENTIA MANSIONARIORVM ET VICARIORVM

CAPVT. 45

Mansionarij nullibi discedant sine licentia Procuratoris Capituli et residentium. Vicarij verò sine licentia Decani et sine iusta causa.

DE CAPITVLO PARTICVLARI.

CAPVT. 46

Leges et consuetudines sunt aliarum Ecclesiarum non Cathedralium tantum sed etiam Collegiatarum, ut singulis septimanis aliqua die assignata Capitula particularia celebrent, et de rebus sua Ecclesiæ Capitali in medium consulent. Ideo non incongruum quoq; videtur ut in Ecclesia hæc eadem consuetudo introducatur, præsertim si frequentior residentia Prelatorum.

rum et Canonicorum succedat Tunc singulis Septimanis Feria sexta ante summum Sacrum in loco Capitli congregati in medium negotijs occurrentibus propositis tractatus instituant et determinent. Quod si negotia Ecclesiae nulla occurant, in qualibet Septimana, interuenientibus nihilominus et exigentibus negotiis huius Ecclae particulari Capitlo DD. residentes celebrare non negligant, et repente occurrentibus dificultatibus, et negotijs siue Ecclae siue bonorum Capli diligenter conferentes in medium consulant, ita tamen ut à negotijs ad generale Capitlum pertinentibus abstineant Tunc temporis etiam absolutis occurrentibus negotijs, reflectionum Septimanalium diuisio et distributio fiat.

De Domo Beginarum

Capit 47

Est Domuncula quadam inter domum Altaristae Sti Innocentium siue Praedicatoris et Aream Dni Custodis Sandom, prope Ecclam sitt. ac pro mulieribus honestis ac deuotis fundata, prout Acta Consist. Sanctantur Ea domus temporibus perpetuis ad mulieres denotas spectare debet, ita tamen ut praefatae mulieres dictam domum inhabitantes uni ditioni et disciplinae Ordis Capli Sand subiint, neq ad ipsam domum quaris ignotae, suspectae, malae famae mulieres suscipiantur, sed eae tantum quae testimonium habeant honestae uitae, et conuersationis suae, et quas Procurator Ordis Capli pro tempore existens de consensu residentium admittere censuerit. Praeterea ut uni mulieri senioni quam Procurator Venerabilis Capli praefecerit obediant, et in omnibus honestis, et licitis morem gerant. Eae quidem senior honestatem domus, ac utilitatem eius prouidere debebit. Si autem reperta aliqua fuerit temerarii malier et discola, rixosa, et inobediens Talis ad Procuratorem Capli delata iustis panis uel exclusione à domo cum consensu residentium puniri debebit.

De Tempore Vindemiarum.

CAPUT 48

Quoniam post Cathedralem Ecclam Crac. Eccla Regiata Sandomij est prima, et propter eam imitari Cathedralem Cracouij Ecclam consueuit in qua Ordi. DD. Prelati et Canonici habent tempus determinatum et prescriptum Vindemiarum. Quod in Eccla nra Sandomij idem fieri constituimus, ut videlt per quatuor septimanas integras incipiendo a Festo S. Jacobi Apostoli usq ad tempus quatuor septimanarum liberum erit DD. residentibus absq ulla diminutione, et defalcatione distributionum ab Eccla esse absentes, praesertim diebus ferialibus Nam diebus dominicis, et festis solennioribus tenentur adesse Missae Conuentuali sub priuatione refectionum.

Circa Officia Diuina quibus interesse tenentur Residentes.

CAPUT 49.

Quamuis in Reformationibus Visitationum declaratum sit quibus officijs Ecclesiasticis DD. Residentes adesse teneantur, nihilominus dubijs quibusdam occurrentibus declaramus et constituimus ut omnes Prelati et Cana residentes teneantur et sint adstricti omnibus diebus dominicis et festiuis interesse Processioni, Summo Sacro, et Concionibus, tam et uespere Festum pcedentibus, et subsequentibus solennioribus sub amissione refectionum illius diei Ferialibus autem diebus ante meridiem circa officium diuinum, quacunq hora circa sacrificium cuiuscunq Missae adsint. Ad Vesperas tamen ferialibus diebus non eruntur obligati. Infirmi tamen semper excipiuntur. Modo Procuratori intimare id non negligant.

De Missa Pro Defunctis

CAPUT 50

Quoniam nonnunquam in disquisitionem inter residentes uenit quis eorum ad Sacrum officium Missa pro defunctis absoluendum teneatur. Ad tollendam igitur ambiguitatem statuimus et ordinamus perpetuo obseruandum, ut ea dominis residentibus ille teneatur ad absoluendum officium Vigiliarum et in crastino Missa sacrificium

in Cantu qui pro tempore Septimanam eadem ordine in Cantandis Mis-
sis absoluere tenetur.

De Pulsu maioris Campanæ.

CAPVT 51

Ad instantiam et petitionem Famatorum Procuratoris et Consulum
totius Ciuitatis Sandomj conceditur pulsus Campanæ Maioris circa
sepulturas defunctorum, ea conditione ut pro qualibet uice grossi de-
cempendantur Ex quibus quinque in ararium pro reparatione Cam-
panarum reponantur, et alij quinque adseruentibus se Solæ cedant.

De Depositis Alienarum pecuniarum.

CAPVT 52

Quoniam multa difficultates et pericula propter deposita pecunia-
rum, aliarumq rerum mobilium, siue nobilium, siue aliorum secularium
ad arcarium Eccle acceptarum imminent, et aliquotiés occurrere solent
Ideo DD. Capitulares decreuerunt, ne posteà Dni Vice custodes pecunias,
Cenodia, aliasq res uarias nobilium, et cuiuscunq status persona-
rum nullo modo adseruandum recipiant, sine scitu et consensu Nobilis Ca-
pituli.

De Tempore ad generale Capitum Conuenientiu

CAPVT. 53.

Animaduertentes DD. Prelati et Canonici quod pro generali Ca-
pitulo conuenientes tardè nimis, aliquando ad Actus tantum Ca-
pitulares ueniant. Idcirco ut cultus diuinus magis augeatur, de-
cernendum censuerunt vt Prelati et Canci pro primis Vesperis Vigilie

Festi Nativitatis B. M. V. vel ad summum pro Matutino eiusdem Festi conve-
nient. Et hoc sub pena prebendionis refectionum seu consolationis si aliqua in generali
Capto decernatur. Nisi forte gravissimo negotio impediti in Capto absoluti fuerint.

De Suppellectili Altarium.

CAPUT. 54.

Quoniam à multis Annis nulla facta est Revisio argenti et suppellectilium Alta-
rium propterea Ordi. Dni Capitulares opportunum fieri decreverunt, ut facto generali
Inventario omnium, quilibet Anno sub generali Capto deputatis à Capto omnes Vicarij seu
Altaristæ argentum, totamq suppellectilem sui Altaris repræsentare tenebuntur

De Libro Anniversariorum.

CAPUT. 55.

Quoniam officia Anniversariorum aliquando inordinatè absoluuntur, neq dies illarum
observantur, propterea more aliarum Ecclesiarum DD. Capitulares decernendum duxerunt
ut habeatur Liber Anniversariorum, in quem omnes Vigilia obligata in suos Menses refe-
rantur, ut dies quibus Anniversaria celebrari tenentur sint ordinatè designati.

De Distributionibus Canonicorum qui in sacris maioribus non fuerint constituti.

CAPUT. 56.

Quoniam aliquando euenit quod Prælati et Canonici nondum Sacris Maioribus initiati
in gremium Eccle recipiantur In quo casu iuxta statuta Cathedral. Eccle Gracov.
statuimus et ordinamus quod in Minoribus constitutus nec in Capto uocem habebit, nec
de refectionibus participare potenit. Subdiaconus licet uocem in Capto habebit, tertia tamen
refectionum parte contentus erit. Diaconus uerò mediam partem refectionum quousq
ad gradum Sacerdotij peruenerit, accipiet.

De Censibus Redemptionalibus.

CAPUT 57

Si quando contigerit summam capitalem in Censum locatam in alia bona transferendam, statuimus ut prænominata summa novam locationem non nisi in generali Capitulo, et cum assitu omnium præmissa remissione sufficienti sortiatur. Multum enim interest quibus personis, et in quibus locis fundatio Ecclæ concredenda sit.

De Prouentibus Bonorum Fabrc.

CAPUT 58

Quamuis in Visitatione olim Emi Cardinalis Macciouij sufficienter declaratum fuit, quod prouentus Bonorum Fabrc non in alium usum nisi pro Fabrica huius Ecclæ ex ipsa fundatione, et ordinatione conuertiq debentur. Cessante tamen necessitate expensarum pro restaurandis et ædificandis quæ ad integritatem huiusce Ecclæ conseruandam pertinere videbuntur, reliquum prouentuum de prominatis bonis ut inter præsentes residentium in refectiones, et distributiones quotidianas conuertatur, non est prohibitum. Imo antiqua consuetudine huius Ecclæ obseruatum, quod in fore huius Statuti confirmamus et ratificamus. Ita tamen ut primo de prouentibus prominatis reparationi, et structuræ Ecclæ prouideatur.

De Votis in Capitulo.

CAPUT 59

Quia interdum contingit quod unus alterum in sententia dicenda impedit, verbaq interrupit in Capitulo, ita ut alter mentis suæ conceptum exprimere non possit. Propterea statuimus, ut quicunq alterius

sermonem in loco et ordine suo proferentem impedierit, et conturbauerit, admonitus à Præsidente, si pertinaciter pergat, totius septimanæ refectionibus careat.

De Negotiis Capitularibus.

CAPVT 60

Prælati et Canonici in Capitlo generali congregati, quotiescunq negotium Capitulare expeditionem aliquam requirat, siue in iudicijs circa bona Capitularia ad iuramenta præstanda operam suam proficiscendi non denegabunt, quicunq à Præsidente nominati fuerint, nisi causâ legitimâ, et euidenti quam declarare in præsentia omnium tenebuntur ea excusati fuerint et hoc sub pœna arbitraria à Capitlo decernenda.

De Suspectis non fouendis Mulieribus.

CAPVT. 61.

Cupientes prouidere decori Ecclesiasticarum personarum irrefragabiliter sancimus et statuimus, ut Prælatus et Canonicus in domo suæ residentiæ non audeat fouere mulierem, de qua suspicio et scandalum aliquod oriri possit, et obloquendi secularibus occasio præbeatur. Talis enim in Capitulo monitus infra sex dies talem mulierem omnino amoueat. Quodsi non parueit, neq secunda monitione emendatus fuerit, omnibus refectionibus priuabitur, et Loci ordinario per Capitlum deferatur.

De Diebus Ferialibus.

CAPVT 62

Statuimus firmiter obseruandum, ut quicunq Prælatus et Canonicus huius Ecclesiæ Sandomiriensis diebus Ferialibus in Ecclesia non interfuerit circa diuina officia, nec sacrum Missæ officium vel per se absoluerit, vel saltem audierit, illa die refectionibus

omnibus careat, nisi aptitudine uel aliâ legitimâ causâ impeditus fuerit. Idq; Procuratori intimare ac exprimere tenebitur.

In quibus Negotiis de Capitulo aliqui exire tenentur

CAPVT. 63.

Quamuis ratio ipsa docet, et consuetudo antiqua obtinuit, ut Prelatus uel Canonicus negotia propria in Capto proponens statim post suam propositionem exeat, ut inter essentes Capto liberas suas sententias in negotio proposito sine aliqua offensione promere et explicare ualeant Tamen hoc opportunum et necessarium iuxta consuetudinem aliarum Ecclarum statuendum censuimus, ut non modo in proprio negotio sed etiam si Consanguineorum et Amicorum alicuius negotium propositum fuerit. Et dictas sententias, et uotum suum dato, subito è Capto exeant, nec alijs sententias suas in præsentia ipsius proferant. Sed postquam exierit, libere prout ratio ipsis dictauerit suum sensum aperient, et declarabunt

De Habitu in Choro.

CAPVT. 64.

Prelati et Canonici, Vicarij, Mansionarij, et Altaristæ, et omnes in statu Clericali existentes quotiescunq; ad Eclam diuinis officijs interesse uolentes nullo modo aliter nisi honestè superpilliciati tonsuram Clericalem deferentes ingrediantur. Quod si aliter ingressi fuerint pœnam Excommunicationis ipso facto se incurrisse sciant Quod Hebdomadarias obseruare tenetur, et Negligentes Procuratori Venerabilis Capli deferre erit obstrictus.

Hæc ordinata per Sermum D. Regem Primum per Joannem Albertum Administratorem Episcopum Cracouien confirmata Jacob Zadzik Episc Cracouien

Juramentum DD Capitularium

Ego Juro ad Sancta Dei Euangelia, quod Jura & Statuta consuetudines rationabiles, antiquas, & approbatas huius Ecclesiae pro viribus meis bona fide seruabo, et consilia Capituli quae mihi reuelata fuerint in eius damnum & praeiudicium nulli pandam, neq; significabo. Alienata indebite ad Jus et proprietatem ipsius Ecclesiae spectantia, omni voto, iustis modis, et rationabilibus quibus potero reuocabo & recuperabo. Juro quoque quod Annum Gratiae Praedecessori meo debitum ad quartam partem redactum per Illrmum & Reuerendissimum D Loci ordinarium Nemini alteri nisi pro fabrica Eccle huius iuxta Statutum V. Capituli ad manus Procuratoris eiusdem Capituli fideliter reddam atq in dispositione Vltimae meae Voluntatis Executores seu Successores meos ad reddendum eundem Annum gratiae pro fabrica huius Ecclesiae ex Praebenda mea dicta Sandomirien tantum non obstante Statuto prouinciali obligabo. Insuper Juro quod Sextam partem prouentuum ex Praebenda mea Sandomirien iuxta praescriptum Sacri Concilij Tridentini Sessione 24 Cap 3 de Reformatione & Ordinationes Illrmorum & Reuerendissimorum DD Episcoporum Cracouiensium pro Residentibus ad manu Procuratoris Capituli quouis Anno sine quauis tergiuersatione quoad vixero realiter & in effectu soluam. Sic me Deus adiuuet & haec Sancta Dei Euangelia. Virgo Maria & Omnes Sancti.

Juramentum pro RRDD Canonicis Concanonatoribus recens erectis Eccle nostrae

Ego Juro Deo omnipotenti, quod Jura & Statuta et consuetudines rationabiles, antiquas & approbatas Ecclesiae huius Collegiatae pro viribus bona fide seruabo & tuebor. Consilia Capituli quae mihi reuelata fuerint nemini pandam neq; reuelabo. Sic me Deus adiuuet & haec Sancta Dei Euangelia. B. Maria & Omnes Sancti.

Iuramentum Adm Rdorum Dnorum Capitularium

Ego N: iuro ad S. DEI Euangelia, quod iura et statuta, consuetudines rationabiles, antiquas et approbatas huius Eccla pro viribus meis bona fide seruabo, et consilia Capituli quae mihi reuelata fuerint in eius damnum et praeiudicium nulli pandam neq significabo: alienata indebite ad ius et proprietatem ipsius Eccla spectantia omni voto, iustis modis et rationabilibus quibus potero reuocabo et recuperabo. Iuro quoq quod Annum Gratia praedecessori meo debitum: adquartam partem redituum Illmo Remigio Lowicdiensium nemini alteri nisi pro fabrica Eccla huius iuxta statutum Vnbilis Capli ad manus Procuratoris eiusdem Capli ~~tum~~ fideliter reddam, atq in dispositione vltima meae voluntatis Exequutores seu successores meos ad reddendum eundem annum Gratia, pro fabrica huius Eccla ex Praebenda mea dicta X Sandomirien tantum non obstante statuto Prouinciali obligabo. Insuper iuro quod sextam partem prouentuum ex Praebenda mea X. Sandomirien iuxta praescriptum SS: Concilii Tridentini Sess 21 et 22 Cap: 3tio de Refection, et ordinationes Illustrissimorum et Rmorum DD Episcoporum Crac: pro Residentibus, ad manus Procuratoris Capli, quouis anno sine quauis tergiuersatione quoad vixero reaaliter et in effectu soluam. Sic me Deus adiuuet, et haec S. Dei Euangelia, Beatissima Virgo Maria et Omnes Sancti.

Iuramentum pro Reuerendis DD. Canonicis et Canonicis recens electis

Ego N. iuro Deo Omnipotenti, quod iura et statuta, et Consuetudines rationabiles, antiquas et approbatas Ecclesiae huius Collegiatae pro viribus bona fide seruabo et tuebor, Consilia Dni Capituli quae mihi reuelata fuerint nemini pandam neq reuelabo. Sic me Deus adiuuet

Ecclesiarum Collegiatæ huius, et Parochialis Sti Pauli extra muros Pandominiens ex li Erectionis et Fundationis huius beneficij, pro Refectionibus debitis incumbentibus non alienabo neq; deteriorari permittam, imò quenatenus indebitè ad ius et proprietatem usanam Eodem Collegiatæ Ecclæ huius et Parochialis Ecclæ Pauli spectantia, omni loto iustis modis et rationabilibus quibus potero revocabo et recuperabo. Insuper juro quia in omnibus et singulis punctis, clausulis, articulis ac conditionibus omnibus in Erectione tractata expressis inscriptis et appositis satisfaciam, et satisfieri omnimodè procurabo. Sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei Euangelia.

Iuramentum pro Vice custode.

Ego N. juro Deo Omnipotenti, me Thesauri Ecclesiæ huius Collegiatæ, et omnium mihi commissorum fidelé et diligentem Custodem fore, Acta D. Capitali fideliter conscripturum, Secreta eiusdem non revelaturum, et si aliquod aliud Beneficium circa hanc Ecclesiam Collegiatam postea recipiam, beneficium Vice custodiæ huius cuius hunc possessor sum in instanti resignabo. Sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei Euangelia.